

QUESTIONES.

1. *An ad ministerium ecclesiae obeundum requiratur specialis vocatio; & ordinariè, solennis etiam ordinatio?* A.
2. *An primi ecclesiarum à Papatu reformatores, vocationem divinam satis probare possint? A. eo ipso quo i. mādata & desideria probant, quibus bonâ conscientiâ non potuerunt resistere; & 2. ordinacionem ipsam in papatu, licet aliquatenus vitiosam, quâ ad facienda tamen non vitiosa obligati fuerunt: vel etiam 3. vitia; tum populi, tum illorum qui ex officio contrà loqui debuerant, adversus quę ipsi non potuerunt bonâ conscientiâ, quamvis citra ordinem consuetum, non loqui.*
3. *An sit utile presbyterorum unum esse Episcopum; episcoporum, Metropolitanum; metropolitanorum, Patriarchas? A. salvo officio humilitatis & subjectionis vicissim etiam erga minimos, Eph. 5.*

214